

The Digital *Compendium moralium notabilium* Project
(<http://compendium-project.wlu.ca>)

14 quotations attributed to Plinius in the *Compendium moralium notabilium* (from *Epytoma sapientie*, Venice, 1505)

Pars 1, Liber 1, Rubrica 42: De falsis opinionibus contrariis christiane religionis cognoscendis et damnandis in libris vsualibus christianorum. Quinto contra animam humanam (fol.14vb)

Plinius de naturali hystoria libro 2. capitulo i. **Mundum numen esse credi parem: eternum immensum: neque genitum: neque interiturum vnquam.**

Mundum et hoc quocumque nomine alio caelum appellare libuit, cuius circumflexu degunt cuncta, numen esse credi par est, aeternum, inmensum, neque genitum neque interiturum umquam.

Gaius Plinius Secundus, *Naturalis historia*, 2.1 (L. Ian & C. Mayhoff eds., vol.1, 1906, p.128, ll.12-15).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 42: De falsis opinionibus contrariis christiane religionis cognoscendis et damnandis in libris vsualibus christianorum. Quinto contra animam humanam (fol.14vb)

Plinius de naturali hystoria libro 7. capitulo 59. **Omnibus a suprema die eadem sunt que ante primam. Nec magis a morte vllus sensus aut corpori aut anime quam ante natalem.**

omnibus a supremo die eadem quae ante primum, nec magis a morte sensus ullus aut corpori aut animae quam ante natalem.

Gaius Plinius Secundus, *Naturalis historia*, 7.188 (L. Ian & C. Mayhoff eds., vol.2, 1909, pp.65-6, ll.20-21, 1).

Pars 1, Liber 2, Rubrica 4: De felicitate et beatitudine et summo bono (fol.17va)

Plinius de naturali hystoria libro 7. capitulo 44. **Nemo mortalium est felix: abunde igitur atque indulgenter fortuna decidit eum qui vere dici non infelix potest.**¹ Capitulo 48. **Nulla est profecto solida felicitas.**²

1. si verum facere iudicium volumus ac repudiata omni fortunae ambitione decernere, nemo mortalium est felix. abunde agitur atque indulgenter a fortuna deciditur cum eo, qui iure dici non infelix potest.

Gaius Plinius Secundus, *Naturalis historia*, 7.130 (L. Ian & C. Mayhoff eds., vol.2, 1967, p.45, ll.18-21).

2. nulla est profecto solida felicitas, quam contumelia ulla vitae rupit, nedum tanta.

Gaius Plinius Secundus, *Naturalis historia*, 7.146 (L. Ian & C. Mayhoff eds., vol.2, 1909, p.50, ll.17-19).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 8: De defectu naturali humane mortalitatis et naturalitatis (fol.21ra)

Plinius de naturali historia libro 7. capitulo 44. **Nemo mortalium omnibus horis sapit.**

quid, quod nemo mortalium omnibus horis sapit?

Gaius Plinius Secundus, *Naturalis historia*, 7.131 (L. Ian & C. Mayhoff eds., vol.2, 1909, p.46, ll.2-3).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 14: De crebritate seu frequentia et raritate vsus rerum (fol.22vb)

Plinius de naturali hystoria libro 12. capitulo 19. **Nulla est voluptas que non assiduitate sui fastidium pariat.**

ad hunc ergo sanandum styracem in follibus petunt hircinis suffiuntque tecta: adeo nulla est voluptas quae non adsiduitate fastidium pariat.

Gaius Plinius Secundus, *Naturalis historia*, 12.81 (L. Ian & C. Mayhoff eds., vol.2, 1909, p.404, ll.12-14).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 16: De crebritate seu frequentia et raritate vsus rerum (fol.23ra)

Plinius de naturali hystoria libro 12. capitulo 2. **Est natura hominum nouitatis auida.**

sed ex ea primum in ipsa Creta, ut est natura hominum nouitatis auida, platani satae regeneravere vitium, quandoquidem commendatio arboris eius non alia maior est quam soles aestate arcere, hieme admittere.

Gaius Plinius Secundus, *Naturalis historia*, 12.11 (L. Ian & C. Mayhoff eds., vol.2, 1909, p.380, ll.15-18).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 8: De labore oportuno et torpore seu mollitie (fol.73vb)

Plinius de naturali hystoria in prohemio. **Uita vigilia est.**

profecto enim vita vigilia est.

Gaius Plinius Secundus, *Naturalis historia*, praefatio 18 (L. Ian & C. Mayhoff eds., vol.1, 1906, p.6, ll.10-11).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 1: De temperantia et modestia modo atque nimietate (fol.85vb)

Plinius de naturali hystoria libro 11. capitulo 43. et finali. **Pernitiosissimum est in omni vita quod nimium est.**

perniciosissimum autem et in omni quidem vita quod nimium, praecipue tamen corpori, minuique quod gravet quolibet modo utilius.

Gaius Plinius Secundus, *Naturalis historia*, 11.284 (L. Iani & C. Mayhoff eds., vol.2, 1909, p.376, ll.15-17).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 6: De rebus propriis communibus et alienis (fol.92rb)

Plinius de naturali hystoria libro 12. capitulo 19. **Mortalibus suarum rerum sacietas est: alienarumque aviditas.**

peregrinos ipsa mire odores et ad externos petit: tanta mortalibus suarum rerum satias est alienarumque aviditas.

Gaius Plinius Secundus, *Naturalis historia*, 12.78 (L. Ian & C. Mayhoff eds., vol.2, 1909, p.403, ll.7-9).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 13: De laude et commendatione (fol.101rb)

Plinius de naturali hystoria in prohemio. **Benignum est et plenum ingenii pudoris profiteri per quos profeceris.**

est enim benignum, ut arbitror, et plenum ingenii pudoris fateri per quos profeceris, non ut plerique ex iis, quos attigi, fecerunt.

Gaius Plinius Secundus, *Naturalis historia*, praefatio 21 (L. Ian & C. Mayhoff eds., vol.1, 1906, p.6, ll.23-25).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 2: De delectatione variationis vel rerum et tedio continuationis
(fol.104vb)

Plinius de naturali hystoria libro 12. capitulo 19. **Nulla est voluptas que non assiduitati sui fastidium pariat.**

ad hunc ergo sanandum styracem in follibus petunt hircinis suffiuntque tecta: adeo nulla est voluptas quae non adsiduitate fastidium pariat.

Gaius Plinius Secundus, *Naturalis historia*, 12.81 (L. Ian & C. Mayhoff eds., vol.2, 1909, p.404, ll.12-14).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 1: De aduersitate et prosperitate (fol.137ra)

Plinius de naturali hystoria libro capitulo 46. **Que facit fortuna magna gaudia: nisi ex malis: aut que mala immensa nisi ex ingentibus gaudiis.**

etenim quae facit magna gaudia nisi ex malis aut quae mala immensa nisi ex ingentibus gaudiis?

Gaius Plinius Secundus, *Naturalis historia*, 7.134 (L. Ian & C. Mayhoff eds., vol.2, 1909, p.47, ll.5-6).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 7: Quid mors non sit metuenda (fol.145ra)

Plinius de naturali hystoria libro 7. capitulo 54. **Natura nihil hominibus breuitate vite prestitit melius: hebescunt sensus: membra torquentur: premoritur visus: auditus: incessus: dentes etiam ad ciborum instrumenta. et tamen vite hoc tempus adnumeratur.**

natura vero nihil hominibus breuitate vitae praestitit melius. hebescunt sensus, membra torpent, praemoritur visus, auditus, incessus, dentes etiam ac ciborum instrumenta, et tamen vitae hoc tempus adnumeratur.

Gaius Plinius Secundus, *Naturalis historia*, 7.168 (L. Ian & C. Mayhoff eds., vol.2, 1909, p.58, ll.15-18).